

No. 1131. 1470. 1. Apr.

*Der apostol. Legat B. Rudolph empfiehlt nach Empfang des ihm vom B. Dietrich übersendeten Schreibens No. 1123 demselben dringend die Abstellung des Misbrauchs, dass der Handelsverkehr mit den ketzerischen Böhmen nicht blos auf den Ankauf der nothwendigsten Lebensbedürfnisse beschränkt bleibt (No. 1111), und ersucht ihn das unberechtigte Verfahren des Dr. Breslauer zu überwachen.*

Rudolphus dei gratia episcopus Wratislaviensis, apostolicae sedis legatus reverendo in Christo patri ac domino, dom. Theodorico episcopo ecclesiae Misnensis fratri amicoque carissimo.

Reverende — pater et domine amiceque carissime. Recepimus litteras vestrae paternitatis cum inclusis copiis reverendi domini Ferrariensis alterius legati apostolici, qui merito clamitat nosque non parum cruciat, detestaturque valde, quod nonnulli apud vos commercia et commutationes habeant cum haereticis salque et alia, quibus haeretici premi possint, venundent et in Bohemiam ad usum haeticorum ducant contra apostolicas prohibitiones, sic quod non solum rumor et fama de paternitate vestra, verum et de nobis volitet, quasi haec de licentia nostra fierent. Sed ipsa norit pat. vestra, quae et qualia indulsumus, secusque foret, si qui memoratum duntaxat alimentum et victum pro sustentatione et necessitate corporum et non subsidio haeticorum quaerent, quantum in humeris suis portare possent, in quibus nihilominus conscientiam vestrae pat. oneramus. Fama hic, quod doctor Breslauer adhuc se habere praetendat facultatem a domino Ferrariensi sibi concessam iniungendi illis, quibus opus est continueque indulgeat, quod nobis in stuporem plurimum cedit, cum scripta domini Ferrariensis habeamus, qui nil horum sibi indulsit quinimo mandavit, quod errorem suum, quo pluribus ultra necessitatem temeritate propria indulsit, revocet. Quare oramus vestram pat. in his omnibus oculata circumspicte sit, ne quae strictissime prohibita sunt, indulgeat aut aliquid, quod honorem vestrae pat. immo et nostrum laedere possit, faciat et si quid d. Breslauer adhuc indulgeat, nobis insinuet vestra pat., quae optat informari per nosque interpretari declararique, quomodo ea in re se habere debeat. Paternitatem vestram de quibus iam informare, cum neque circumstantias, quae nobis penitus ignotae sunt, neque aliquid horum exprimat, debeamus, nos fugit; faciat igitur vestra pat. in his iuxta debitam necessitatem, prout sibi melius honestiusque et expediens atque licitum videbitur, atque in domino valeat felicibus successibus victura. Datum Wratislaviae primo Aprilis a. d. M. CCCC. LXX°.

Nach einer Abschrift in Ursinus dipl. Misn. I. fol. 525. In Folge der Schreiben der beiden Legaten (No. 1123 und 1131) schickte B. Dietrich seinen Offizial nach den Orten an der böhmischen Grenze (vm dem walde vnd im gebirge vor Behemen gelegen), damit dieser das Ausfuhrverbot nochmals einschärfe. In ernster Beschwerde über diesen Eingriff forderten jedoch Kurf. Ernst und Herzog Albrecht die Abstellung dieses unberechtigten Verfahrens in einem im Concept erhaltenen undatirten Schreiben an den Bischof (ist vns ein grosz befremdunge, das sich ein fremder die rete vnszer stette zusampne vorbotten anmassen vnd den gebot thun vnd ordenunge geben solle. Esz were wol genuge, das man sich gemeyner gebot uff dem predigestul gebruchte, sol das ordentlich vnde vnobbergriflich geschehe ꝛc), worauf dieser in einem ausführlichen Antwortschreiben vom